

AD ARTIC. CCIE.  
ARGUMENTUM.

Post finitum Processum criminalem, latamque sententiam, omnia acta  
Judicaria summa adhibita diligentia in judicio, ejusque Archive custodiri  
debent, ut, si postmodum eorum inspectio aut copia desideretur, illa exinde  
depromi queant.

EXEGESIS.

**D**uo hic habentur membra : (1) *Præceptum de asservandis actis.*  
Quando enim Processus criminalis ad finem deductus, & senten-  
tia sive condemnatoria, sive absolvitoria subinde lata fuerit, tum  
Acta non tolli aut rejici, sed diligenter & quidem integra unâ cum lata  
sententia asservari debent, non tamen in ædibus judicis aut actuarii,  
sed in loco judicij, scrinio nimis peculiari ad hanc custodiâ desti-  
nato. Solet vocari Archivum, quod est locus, in quo asservantur acta  
publica, publica siquidem & illa merito dicuntur acta, quæ publico in  
judicio consignata sunt.

(2) *Finis asservandi acta,* est, ut si forteam eorum inspectio desi-  
deretur, ea in promptu sint, interdum namque fit, ut talium actorum co-  
pia, vel particula quadam ex iis desideretur, quæ tamen nullibi in for-  
ma probante melius reperiri possunt, quam in judicio. Ideoque illa in  
perpetuam rei memoriam servanda sunt. Præterea hæc Actorum asser-  
vatio cedere potest in ipsius judicis utilitatem, cum ex ipsis in simili  
casu rationem decidendi & pronunciandi desumere queat. Zieriz.  
*ad h. art. p. 299.*

ARTIC. CCIII.

*Ne quis error ab actuario committatur.*

Damit der Gerichtschreiber alles recht vernehmen möge/  
soll er sich dessen erfunden.

**M**elcher Gerichtschreiber aus dieser voriger Anzeigung nicht ge-  
nugsam Verstand vernehmen möchte, wie er daraus einen je-  
den ganzen Gerichtshandel oder Urtheil formiren solte, der soll  
erstlich wie vorgemeldt, seine Obrigkeit umb Erklärung ansuchen, und  
wo aber vorgemeldte Obrigkeit, des auch nicht genugsam Verstand hätte,  
so sollen sie bey andern Verständigen Rath suchen.

I u u n z

AD